

dilecte vxori mee margarete predia mea in alstremsrudhum sita videlicet bæghisbol et lætturnd cum omnibus pertinenciis suis racione dotis contulisse, Tali condicione quod si ipsam me uiuente sine liberis de me et ipsa procreatis mori contigerit, eadem predia ad me redeant pleno iure, et si ipsa post me sine liberis superuixerit predicta predia iure sibi cedant perpetuo possidenda si autem liberos nos procreare contigerit et ipsam prius me mori contigerit predicti liberi eadem bona materno iure hereditabunt, Si autem predicti liberi post me superuixerint matre uiuente sepedicta predia paterna hereditate possidebunt, Ne autem dubium uel redargucio contra hanc donationem ab aliquibus suboriri valeat sigilla discretorum videlicet lechonis ovradsason domini laurencii de thýngualum domini beronis de vllarø, iohannis bodhason vna cum meo sigillo duxi presentibus apponenda in testimonium et cautelam firmiorem, Datum anno domini. M^o.CCC^o.XX^oVI^o. sexta feria post octauam epiphanie domini.

Sigillen: N. 1, Lechonis (fyrdeld sköld), 3 och 4 skadade, otydliga; N. 2 och 5 borta.

2555.

1326 d. 14 Febr.

Skara.

SVENSKA RÅDET ingår, å Konung Magnus's vägnar, öfverenskommelse och förlikning med Konungens moder, Hertiginnan Ingeborg, och hennes anhängare, Knut Porse undantagen, på uppgifna vilkor: 1. Hertiginnan återställer slottet Nyhuset (Axevalla) med Wermland och 5 härad i Westergötland, som hon af Hertig Erik fått i morgongåfva, och bekommer i stället Dälfö med underlydande härad, städer m. m. med samma rätt, som afl. Drottning Helwig dem innehaft. 2. Hennes rättighet att uppbära och använda inkomsterna deraf bestämmas. 3. Om hon ingår äktenskap skall morgongåfvan återlösas, men om hon dör barnlös tillfaller summan Svenska Kronan. 4. När hon dör skall Sverige fullgöra hennes testamentariska donationer, under vissa vilkor. 5. Slottet Hunehals skall inom den 1 Maj lemnas åt Svenska Konungens ombud. 6. Hertiginnan bekommer 3000 mark lödig till sina skulders betalande. 7. De som tjent Hertiginnan behålla sina gods i Sverige och få tjena hvem de vilja. 8. De förliknings-dokumenter, som år 1323 uppgjordes i Skara, återställas ömsesidigt. 9. Knut Porse skall lemna Sverige och icke utan Konungens och Rådets gemensamma bifall återkomma. 10. Han och hans tjenare få likväl fritt besitta sina inom Sverige belägna gods, om de ej lagligen förverkas. 11. Hans och Hertiginnans tjenares förgripelser emot Konung Magnus tillgifvas, men ej hans tilltag emot Konung Christofer i Danmark m. m.

Orig. Concept på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus etcetera. ARCHIEPISCOPUS etcetera. Nouerint vniuersi tam potesteri quam moderni, quod nos anno domini .M^o.CCC^o.XXVI^o. die beati va-

*) Detta dokument, skrifvet med samtidig och ofta förekommande handstil på båda sidor af ett pergamentsblad, synes vara ett concept och icke en copia. Ut i E. RUNELLS (PALMSKÖLDS) Register öfver Riks-Archivets Handlingar, till år 1685, upptages: "Furstinnan Ingeborgs bref der vthi hon antwardar sijn morgongåfva sin son K. Magno vnder Sveriges Chrono igen. Skara die Valentini 1326. Orig." Detta original, hvilket förmodligen gick förloradt i slottsbranden 1697, var sannolikt utgifvet af Hertiginnan och till Svenska Rådet aflemnadt, af lika innehåll med Svenska Rådets bref, hvars utskrifna original blifvit lemnadt till Hertiginnan och af henne utan tvifvel medfördt ur riket.

lentini martiris ex parte magnifici principis domini nostri, domini .M.[α : Magni] swecie et norwegie, [regis] illustris, cum inclita domina, domina nostra .J.[α : Jngiburgi] ducissa swæorum, matre sua dilecta, skaris placitauimus et concordauimus in hunc modum, primo quod omnes dissensiones et inimicie [α : inimicie] que vsque in presentem diem inter eandem dominam nostram, fautores, et familiares suos quoscumque, ex vna parte, domino. k.[α : kanuto] porsæ duntaxat excepto, nec non et nos, aliosque regni incolas, ac nostros fautores, ex altera. mote et suborte fuerant, sopite sint penitus et sedate, et quod firma pax hinc inde perpetuis temporibus perseueret, Item placitatum fuit, quod domina nostra ducissa Castrum nyhusæt, cum terra wærmaland, prouincijs wallahæret, skanuuxhæret. kindahæret. warthophæret. gudhemshæret. cum curijs, colonijs, et molendinis, eidem castro adiacentibus, ipsi domine ducisse ratione donacionis propter nupcias, dicte morhongieff assignatis, in manus domini .k.[α : kanuti magnusson] legiferi vestgotorum ex parte domini nostri regis statim cum [per?] ipsum requisita fuerit resignabit, alias vero curias, colonias, et molendina, libere et pacifice retineat, que sibi magnificus princeps dominus .E.[α : Ericus] dux swæorum quondam maritus suus, vel donauit, uel pro debitis assignauit, et pro predicto castro quod cum ceteris suis adiacencijs eadem domina nostra ducissa ratione donacionis propter nupcias prius tenuit, Nos ex parte domini nostri regis, dominium dawø cum omnibus prouincijs, villis forensibus. curijs, colonijs, et molendinis, eodem jure quo inclita domina, domina helwigis quondam regina swæorum idem dominium prius habuit, predicte domine nostre ducisse ratione morhungieff libere assignamus. jta quod ibidem quemcumque uoluerit instituat, et destituat aduocatum, ipseque aduocatus nullam iniuriam subditis illius dominij inferat, quod si fecerit secundum leges patrie hoc emendet, et domina nostra ducissa propter hanc causam seu alias causas quascumque preter eas, ob quas alie domine regni swecie donacionibus suis morhengieff secundum leges patrie priuari consueuerant, suo dominio non carebit. Item redditus annuos ipsius dominij, uidelicet. lardum annonam. et butirum libere extra regnum sine theloniø deferre faciat, licet alias in regno delacionem talium contingat prohiberi. Item si contingat per dominum nostrum regem generale subsidium, de toto regno requiri predicta domina nostra ducissa de duabus prouincijs sui dominij uidelicet. akerbohunderi et snæwingiahunderi predictum subsidium recipiet et leuabit, de ceteris vero sui dominij prouincijs residuis, et villis forensibus, predictum subsidium pro vsibus domini nostri regis reseruetur. nec per ipsam dominam nostram ducissam subditis dominij sui talee seu exhibiciones aliquæ imponantur. Item si contingat dominam nostram predictam, matrimonium contrahere nichilominus dominium predictum libere retinebit quousque sibi ex parte regni swecie in sex milibus marcharum puri ponderis coloniensis fuerit integraliter satisfactum,

et idem argentum infra sex annos post diem nupciarum suarum proximo subsequentes, sibi absque omni impedimento persoluetur. Si vero ipsam liberis exstantibus decedere contingat, predicta sex milia marcharum puri inter eosdem liberos secundum leges patrie diuidentur, si autem eam sine liberis mori contingat predicta summa argenti penes coronam regni swecie remanebit. Jtem si domina nostra predicta, infra sex annos proximos decesserit tunc regnum swecie tam debita sua quam legata in testamento suo intra regnum swecie, primo de bonis suis quantum ipsa bona suffecerint, deinde cum duobus milibus marcharum puri ponderis coloniensis, si debita et legata in tantum se extendunt, soluere teneatur. Si vero post predictos sex annos decesserit, tunc redditus et fructus annui, de dominio dawø ad duos annos post decessum suum proximos pro debitis et legatis suis soluendis deputentur, et nichil de argento ulterius exsoluetur. Jtem castrum hunals committi debet dominis gisloni ælinusson, et gøstauo tunasson. cum prouincijs, ac omnibus adiacencijs, edificeijs. machinis et nøtstall, ad ultimum in die sanctorum apostolorum philippi et jacobi iam proximo, omni impedimento pretermisso, Vt autem hec omnia supradicta rata et firma inuiolabiliter obseruentur, Nos ex parte domini regis, et regni sui swecie, dabimus domine nostre ducisse ad solutionem debitorum suorum. tria milia marcharum puri ponderis coloniensis, domino kanuto porsæ ex parte sua in ciuitate lybicensi in die beati martini iam proximo, finaliter et impedimento quolibet cessante, committenda fide prestita corporali, Si vero interim eidem domino kanuto porsæ aliquid humanitus contigerit, tunc predicta summa argenti tempore et loco supradictis eidem domine nostre ducisse, vel alteri suo certo mandato integraliter committetur, Jtem si contingat quod castrum hunals cum suis adiacencijs, dominis gisloni ælinusson et gøstauo tunasson. die apostolorum philippi et jacobi traditum et libere assignatum non fuerit, tunc domina ducissa, nouo castro, totaque donacione sua dicta morhungieff necnon argento quod domino porsoni ex parte sua in festo beati martini proximo lybik soluendum promisimus, iuxta condictum domine nostre ducisse dictum wilkor omnimode sit priuata, et predicta omnia corone regni swecie subiacebunt. Si autem contingat quod infra predictum tempus castrum hunals per vim et potenciam alicuius contra voluntatem domine nostre ducisse, et domini kanuti porsæ, deuictum et expugnatum fuerit, propter hoc domina nostra ducissa nouo castro, vel donacione propter nupcias, seu argento predicto non carebit. Si vero non per vim uel potenciam, sed alio modo deuictum et proditum fuerit, tunc eciam domina nostra ducissa, nouo castro. donacione propter nupcias, et argento sepedictis eo ipso sit priuata. Si autem dubium fuerit vtrum per vim vel alio modo deuictum fuerit, ex consensu partis vtriusque relinquatur arbitrio domini. kanuti legiferi, qui veritate diligenti inquisita

super hoc iudicet veritatem. Jtem, qui seruiert domine nostre ducisse debent libere vti bonis suis pro rege swecie, infra dominium regni swecie sitis. et seruire cuicumque voluerint intra regnum, Jtem littere placitacionis. sub anno domini. M^o. CCC^o. XXIII. skaris facte debent infra festum beati johannis baptiste. hinc inde recommitti. Jtem placitatum fuit quod dominus kanutus porsæ infra sex septimanas post festum apostolorum philippi et jacobi proximum debet dominium regni swecie exire, nec aliquo modo redire sine domini nostri regis. et consiliariorum suorum regni swecie vnanimi consensu habito et obtento. Jtem dominus kanutus porsæ bonis suis sub dominio regni swecie sitis, vti libere debet, pro domino nostro rege, et incolis regni swecie, et propter nullas causas eisdem bonis suis priuari, nisi in casibus in quibus ipsimet regni incole, vita et bonis suis propriis legaliter priuarentur. Jtem qui hucusque seruiert domino kanuto porsæ, debent libere vti bonis suis, pro domino nostro rege et regni swecie incolis, et seruire cuicumque voluerint intra regnum. Jtem omnes excessus, in quibus dominus kanutus porsæ. famuli domine nostre ducisse, necnon famuli eiusdem domini kanuti et amici in swecia, contra dominum nostrum regem, et regnum swecie deliquerant. omnimode dimissi sunt et indulti, hijs excessibus duntaxat exceptis, in quibus idem dominus kanutus contra magnificum principem, dominum .C. [o: Cristoforum] regem danorum, et regnum suum deliquerat [que] sibi nullatenus indulgemus. Jtem quam diu idem dominus kanutus porsæ infra dominium regni swecie moram contraxerit, non debet aliquid dampnum vel iniuriam, domino regi dacie uel suo regno irrogare. Si vero aliqui eundem dominum kanutum infra dominium regni swecie vsque ad sex septimanas post festum apostolorum philippi et jacobi, inuaserint, sibi inuertere non possumus, si se defenderit vim vi repellendo. promittimus insuper fide media quod premissa omnia firmiter et inuiolabiliter obseruentur. In quorum omnium euidenciam pleniorum sigillum domini nostri regis et sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno. die. et loco supradictis.

2556.

1326 d. 15 Febr.

Kulla.

LARS af Hamra testamenterar penningar till Predikarebrödernas kloster i Sigtuna, der han väljer sin graf, samt till andra kloster, kyrkor, prester m. fl., med förordnande, att dessa gåfvor skola utbetalas af hans lösegendom, innan den skiftas; men om detta uraktlåtes skola dertill användas 4 örtugland af hans aflinge jord.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego LAURENCIUS de hambri, corpore et sensu per dei gratiam incolumis. de bonis mihi a deo